



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Vsus laruarum quibus mediis reddatur illicitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Laruarum vsus. 391

Distinctionem discerne diuersa prohibentia & concedentia iurare per creaturas. Nam prohibentia intelliguntur de creaturis secundum se: concedentia intelliguntur de creaturis vt in eis est Deus.

Vsus laruarum quibus mediis reddatur illicitis.

Laruarum vsus illicitus ex circumstantia aliqua redditur, & non est secundum se illicitus: vt patet ex hoc quod representationibus est licitus. Nec solum redditur illicitus ex malo fine, & incongruo tempore, loco & modo: sed ex conditione personæ plurimum pensandus est. Nam quia tempore quo quasi insanire licet, laruæ assumuntur, iuuentutis hæc est licentia: & propterea à grauib; viris aliena censetur. Et licet magnates etiam Ecclesiastici ad excusandas excusationes in peccatis, dicant se maxime decere vt laruati incedant, vt possint liberè discursere incogniti, quod non deceret illos manifestos, nihilominus non excusantur. Tum quia tales non egent propter graues toto anno occupationes huiusmodi recreatione. Tum quia non ad recreandum animum, sed ad superfluam agunt delectationem. Tum quia non curant cognosci, imò plures eorum volunt cognosci. Tum quia scandalizantur pusilli ex prælatis præsertim Ecclesiasticis laruacis: Et merito: quia personas subeunt leuium & iuuenum, secundum morem. Et hoc est valde pensandum: scriptum est enim: Qui scandalizauerit vñ ex istis pusillis, expedit ei suspendatur mola asinaria in collo eius &c.

Latrones à quo denominationem sortiantur.

Latro: